HIERONYMUS
Saint-Amand, Anfang 9. Jh. (und Salzburg, 1. und 2. Viertel 9. Jh.)
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36446
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift

dni rectas facite semitas dni nri omnis uallis implebitur. & omnis mons & collis humilia
bitur; Et erunt prauia in directa & aspera in campos; Et apparebit gloria dni & uidebit omnis caro salutare dei quia dns locutus e; huius uocis memores scribe & phariseei & principes iudaeorum cu audissent iohannem insolitudine pdicare baptismu paenitentiae & docere populu mittunt qui int rogarent eu ut n ipse sit xpus an helias an ypphetis; Cuq; respondisset & nihil se horu esse rursus interrogant, dic ergo nobis quis es ut responsu demus his qui miserunt nos; quid dicis de te? at ille respondit; Ego su uox clamantis in deserto parate uiam dni sicut dixit esaias ypphta, In quo anim aduertendu quod recte uiae dni & semitae dni nri implentur uallium & montium collium q; humiliatio & prauarum correctio. & asperorum rupium q; & campestrium & gloria dni & salutare dni nri non pdicat in hierusalem sed in solitudine ecclie & in deserta gentium multitudine de qua supra legimus deserta laetare stirilis exulta & solitudo & floreat quasi lilium, haec enim deserta erat plena idolis tenebat humilis in confessione erecta in superbia aspera & intractabilis in feritate; Sed post quam apparuit gloria dni & uidit omis caro salutare dei cuncta repente mutata sunt & uia dni pparata tra ut apparet & in solitudine gloria dei quando baptizatus e dns in iordanne & aperti caeli & spus sc in specie columbae descendit & mansit in eo, uox quae patris desuper intonantis audita e hic e filius meus dilectus in quo mihi conplacuit hunc audite; Et omis caro uidit salutare dei quae ppter ea appellabat caro quia prius spm sm n habebat de qua dicit & dns non p manebit spus meus in hominib; istis qm carnes sunt, Illa aut caro uidebit salutare dei de quo p iohel Idem loq; bat effundam de spu meo super omnem carnem & ypphetabunt, quod non solum illo tempore clamabat iohannes qui sermones dei praecursor & praeuius recte uox appellat, sed usq; hodie in deserto gentilium ecclesiarum clamant magistri ut rectas faciamus uias & semitas in cordibus nris dni impleamur que uir utib; & inclinemur humilitate prauae mutemur in recta aspera uertamur in mollia & sic gloria dni & salutare dei uidere meremur; Vox dicentis clama, & dixi, quid clamabo? omnis caro fenum & omnis
5 gloria eius quasi flos agri, exsiccatum e fenum & cecidit flos, quia spus
5 dei flauit in eo, uere fenum e populus, exsiccatum e fenum cecidit flos
5 uerbum aut dni nri stabit in aeternum; LXX. Vox dicentis clama, & dixi, quid